

Johann Gottfried Diesseldorf von Christian Heinrich Schwartzloß

**De Potestate Statuum Imperii Protestantium, circa Matrimonia Subditorum
Dissertatio Secunda Eaque De Iure Relaxandi Legem Prohibitivam circa Eadem**

Francofurti cis Viadrum: Zeitlerus, 1691

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756690994>

Druck Freier  Zugang





N. N. 2 (149.)

1. Rivin, retractum legalem in lavatione locum non habere.
2. Rivin, an et quatenus mortis reus tormentis deus subijciendus sit?
3. Rivin, de clerico cambiante.
4. Arnold, de probatione per scripturam privatam.
5. Billeb, de iure divino sacris Impm. Exaltationibus et praepri-
mis ordinatione ecclesiast. Pomeraniae,
6. Pinnius, de renunciationibus sacerdotum, praecipue inter
illustres nobilesque Familias usitatis.
7. Birnbaum, de iure pupillarum singulari.
8. Boornmester, de erroribus historicorum gentiliū in rebus
sacris referendis.
9. Voigt, de presbytero legitimo ordinationis ministro et prae-
scripto iuris divini et humani.
10. von Sprengel, de Fortitione
11. Steinwich, de iuribus civitatum.
12. Scherer, de reconventionem.
13. Scherer, de litis contest. et iuramento calumniae.
14. Wildvogel, de tutela dativa.
15. Wildvogel, an et quomodo princeps bonus bonis privato-
rum promerere debeat?
16. Sieffl, de iudice per accidens competente
17. Wildvogel, de commodato filii, ob cuius dote musti Cuius Invenit
In stual ym Gabonij ym molenfuar.

18. Wildvogel, de statibus provincialibus, cum Rudolphi.
19. Wildvogel de tesora Fruventaria.
20. a Diefeldorf, de potestate statuum imperium protestanti-
um circa matrimonia fabricatorum.
21. Ocelln, matrimonium infideli contradicens juri
naturae.
22. Badin, de restringenda libertate matrimonii in-
eundi una Cuiusdam Langsdor Longit in Gaurvortan
23. Bonhoeffer, de jure venandi & madum servitutis
juris publici in territorio alieno ejusque usus abusu
24. Hahn, de pignoris et hypothecis.
25. Hahn, de fideicommissis familiae,
26. Tabor, de constitutione repetitione et privilegio
dotis.
27. Lemerer, de obfignatione judiciali.
28. Lincovius, de jure retentionis.
29. Lemerer ad disp. de jure cesso.
30. Lemerer, de jure cesso.
31. Lemerer, ad disp. de quaesitionibus.
32. Lemerer ad disp. de actionibus in rem.
33. Lemerer de actionibus in rem.
34. Schnabel, de fideiussoribus.

DE ²³
POTESTATE STATUUM
IMPERII PROTESTANTIUM,

circa

MATRIMONIA
SUBDITORUM

DISSERTATIO SECUNDA

Eaqve

DE JURE RELAXANDI LEGEM
PROHIBITIVAM circa EADEM

Qvam

DIVINA FAVENTE GRATIA
ANNUENTE

Magnifico ꝑctorum Ordine

in illustri Viadrina

AUTOR

JOH. GOTHOFREDUS à DIESEL DORFF,

Dantisco - Borusius,

&

RESPONDENS

CHRISTIANUS HEINRICUS *Schwarzloß*/

Neo-Haldenslebia Saxo.

Ad diem XIX. Februarii Anno MDC XCI.

IN AUDITORIO ꝑCTORUM

Eruditorum Examine publicè submittent.

Francofurti cù Viadrum, Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

DE 52

TOTESTATE STATUM
IMPERII PROTESTANTUM

MATRIMONIA
SUBDITIO

DE JURE RELAXANDI LEGEM
PROHIBITIVAM

DIVINA FACIENTE GRATIA
ANNUENTE

Magnifico Johanni Ordine

in Illustri Universitate

AUTOR

Joh. GOTTORFEDUS à DIESSENDORFF

Magister

RESPONDENS

CHRISTIANUS HENRICUS GOTTORF

Magister

Alum. XII. Febr. 1702
in Illustri Universitate
Ejusdem Universitatis
Magister in Theologia



B. C. D.

§. I.

RIdem de continuandâ Disfertatione, (cui rubrum feci de POTESTATE STATUUM IMP. PROTESTANTIUM circa MATRIMONIA SUBDITORUM, quamq; elapso nondum abhinc anno Lipsiæ sub ILLUSTRIS PRÆSIDIO PATRONI ætatem devenerandi inchoavi,) quoadtenus liberaturus, in publicum prodire sustineo: cumq; in exercitatione primâ *de Jure restringendi naturalem libertatem*, quantum per ingenii tenuitatem licitum fuit, egerim, non incongruè me futurum arbitror, si in præfenti exercitatione secundâ *de Jure relaxandi legem prohibitivam* nonnihil fufius dispicerem.

§. II. Lex autem prohibitiva cum non omnis ita comparata fit, ut relaxationem humanam in se recipiat, prout alia à solâ Divinâ voluntate ortum trahit, juvabit primo statim initio supponere, mihi hoc loco sermonem esse de Lege prohibitivâ humanâ, non Divinâ, quoniam de hâc neminem hominum dispensare posse, ex eo satis apparet, quod ejus tantum sit solvere, cujus fuit ligare, ac is qui Legibus subjacet atq;ve ad earum observantiam adstringitur, contra easdem dispensare prohibeatur. *arg. cap. 13. X. de restit. Spol. junct. cap. 56. X. de appellat. Joh. Gerhard. loc. de Conjug. §. 346. Beust. de*

A

matrim.

*matrim P. 2. c. 56. p. m. 216. Zoes. Ct. de incest. nupt. n. 31. B. Dn. Brunn. 7 Eccl. L. 2. c. 16. §. 25. & in addit. Magnif. Dn. Stryk. d. §. Joh. Schilt. Inst. 7. Can. L. 2. t. 10. §. 29. Heshuf. in quest. Ob man auch im verbotenen Grad dispensiren könne. add. D. Muller. Ungerathene Ehe p. 22. Accedit, quod ad relaxationem Legum semper talis requiratur potestas, quæ earundem vinculis exempta virtutem & vim obligatoriam superat, ac eousq; se extendere valet, ut quod iis determinatum est, ex speciali quâdam ratione aut singulari adveniente, circumstantiâ immutare, aliudque ipsis contrarium sancire possit. Quæ verò potestas, cum in LL. prohibitive Divinis, non nisi soli Deo, à cuius sancto arbitrio dependent, competat, neq; ille unquam hominibus facultatem quicquam in his remittendi concesserit, quin tanquam perpetuas & æternùm valituras verbo suo expressè confirmaverit, firmissimo sanè talo stare arbitror, dispensationem Principis utut. Potentissimi, circa has illicitam esse. Carpz, in *Us. arb. Consangv. Disp. 1. c. 5. th. 5. & P. 4. Const. 24. defin. 14. num. 2. irem de Lege Regiâ, cap. 12. sect. 1. n. 29. seq.* Myler. ab Ehrenbach in *Gamolog. illustr. pers. cap. 8. th. 1.**

§. III. His quidem graviter adhuc obstare videntur dispensationes, Pontificum in gradibus jure Divino morali positivo prohibitis, de quibus inter innumera alia loquuntur exempla Ferdinandi Regis Siciliae, qui Sororem Patris sui Joannam, Heinrici Octavi Regis Angliæ, qui Fratris prædefuncti Arturi derelictam viduam & Emanuelis Regis Portugalliae, qui duas sorores successivè in uxores duxerunt & quidem ex remissione Romanorum Præfulum. Cui tamen ut satisfaciam dubio, tenendum hîc erit, improbam planè ac penitus detestandam in his fuisse dispensationem Pontificum, cum

cum illorum potestas se nunquam ad Leges Divinas extendat, sed ratione harum æqvè ac alii Principes se se subditos merè passivos profiteri necesse habeant. B. Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. L. 1. c. 7 §. 15.* Heshuf. *c. loc. Myl.* ab Ehrenb. *d. loc. §. 5. circa fin.* Et quamvis non desint, quandoquidem nihil tam absurdum, quod non suos interdum habet defensores qui post Bellarminum *de matrim. c. 27.* Gregor. de Valentia *Tom. 4. Disput. 10. quæst. 5. punct. 3.* & Lorinum *in cap. 18. Levit.* cum Thom. de Sanchez. *de matrim. L. 8. Disp. 6. per tot.* temerarium hunc Pontificum ausum, ac si ad Leges forenses Ebræorum Reip. hæ prohibitiones pertinuisent, propugnare audent, statuentes, in omnibus gradibus etiam Jure Divino morali positivo prohibitis licere Pontifici dispensare, excepto primo Consanguinitatis gradu tam in lineâ rectâ quam in collateralis & primo affinitatis gradu in lineâ rectâ, Excellentiss. Dn. Bartholdi *Disp. de favore judicis permisso cap. 2. §. 39.* illorum tamen opinionem jamdudum à Theologis pariter ac Jctis nostratibus satis graviter refutatam esse, perspicere datur ex Carpz. *Jurispr. Consist. L. 2. def. 109. n. 4.* add. D. Muller. *dict. tract. pag. 23. seqq.*

§. IV. Ex quibus itaq; adductis cum liquidò constare existimem, in solis LL. civilibus, quâ talibus, locum habere dispensationem humanam, inquirendum jam venit, cuinam jus dispensandi competat, ubi è §. 1. *præced. Dissert.* repetendum erit, ei competere, penes quem est *ἡ βούλη* in Republicâ: Ubi enim naturæ lex & jus Divinus circa matrimonia nihil prohibuit nec præcepit, illud libero Superioris Magistratûs arbitrio determinare relictu videtur *arg. l. 1 §. ult. ff. de jur. delib.* Sanè Status Imperii Romano-Germanici Protestantes, quos §. 5. *Diss. præc. in-*
 A 2 digita-

digitavi illos, qui omnimodâ superioritate gaudent & nullâ ratione alium præter Imperatorem Superiorem agnoscunt, jure hoc nunquam se abdicarunt, sed illud vi Superioritatis territorialis jure meritoq; sibi vindicaverunt, adeo ut & nonnulli Eorum id inter reservata sua retulerint veluti Serenisf. Elect. Saxon. vid. *Ord. Eccles. tit. von beyden Consistoriis zu Leipzig und Wittenberg n. 8. in fin.* Wenn auch in Ehesachen bey denen Consistorien umb dispensation angesuchet würde / sollen sich die Consistoriales derselben nicht bemächtigen / sondern jederzeit an Uns gelangen lassen/und unsern fernern Bescheid darauff erwarten.

§. V. Occasione hujus ulteriùs disquiritur, quales se Status Imp. Protestantes in dispensando exhibere habeant? Distingvunt hîc aliqui, utrum dispensatio in gradu proximiori an remotiori sollicitetur, illo casu moderatos planè ac difficiles, hoc faciliores Eos exoptant. Enimvero cum hæc nondum videantur sufficere ad coercendam libidinem affectandi matrimonia jure humano prohibita, cautior illorum apparet sententia, qui, ut hunc mortalium pruritus aliquatenus compescant, dispensationi cuius debitam pœnam pro ratione scil. gradus vel proximioris vel remotioris addendam esse, haud iniquè contendunt: ita enim fiet, ut Legum humanarum vis illibata servetur & gradus jure naturaliac Divino morali positivo prohibiti eò majori reverentiâ ab hominibus custodiantur, præprimis cum humanum genus plerumq; in prohibitis *plus ultra* exercere audeat atque in vetitum facillè prorumpat juxta vulgatum illud,

Nitimur in vetitum semper cupimusq; negata.
Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 346. in fin.* Schneidewin. *in Comment. Inst. Tit. de nupt.* ubi verba pœnalis Consistorii pronun-

nunciati circa dispensationem in gradu aliàs prohibito
 sequentia adducit: Es wird aber beyden Theilen zu Ab-
 twendung des Ergerniß / und daß wieder der Kirchen löbli-
 chen Gebrauch keine Einführung gemacht / sich von hinnen
 anderweit Derter zubegeben und zu wenden billich aufferleget
 und alhier nicht geduldet. Hodie tamen hæc pœna com-
 munitè solet esse pecuniaria, quam ideo necessariam
 arbitratur Carpzov. *Jurispr. Conf. L. 2. def. 125. num. 10.* ne
 tam facile Magistratus pro impetrandâ veniâ compelle-
 tur, quin potius nuprurientes amore pecuniæ à tali pe-
 tito & per consequens à nuptiis Legibus prohibitis ab-
 stineant. vid. *Respons. Ampliis. Facult. Jurid. Francof. de Ao.*
1680. d. 19. August. verb: ist demselben deßhalb 30. Rthlr. zu
 erlegen zuerkant / dispensatio enim absqve mulctâ non
 concedendâ Magnif. Dn. Stryk. *in addit. ad Jus Eccles. B.*
Dn. Brunnem. L. 2 c. 16. §. 21.

§ VI. Relaxationem verò Legum prohibitiva-
 rum petere necesse habent omnes, qui LL. hisce subja-
 centes adversus easdem peccandi facultatem & volun-
 tatem habent. B. Dn. Ziegler. *in Diss. de Jure dispens. sive*
illi sint de territorio sive in territorio, h. e. sive sint sub-
dicti sive forenses alteriusq; Magistratûs jurisdictioni a-
liàs subiecti. conf. §. 7. Dissert. prac.

§ VII. Nequaquam autem læsæ conscientiæ no-
 tam ferent, qui in gradibus jure tantum Civili vel sta-
 tutario prohibitis remissionem ab Eo cui jus relaxandi
 Leges competit, supplices appetunt. Carpz. *l. cit. passim*
& arb. Consangv. Dissut. 1. cap. 5. num. 36. ibiq; Respons. Con-
festi. Supremi Dresdensis verbis: Daß man bey der Obigkeit
 umb dispensation dißfalls siglich ansuchen könne. Quodta-
 men ex communi Theologorum opinione limitandum
 venit; nisi fortè gravius ex eo scandalum suboriri pos-
 sit,

fit, quandoquidem monente Paulo *1. Corinth. 9.* interdum etiam à licitis, si ita expediat, abstinendum, maxime cum humanum genus hodie tam latè propagatum deprehendatur, ut tantà coarctatione nupturientes haud opus habeant, verùm unicuiq; pro lubitu & ad sarietatem suam Conjugem sibi quærere planè extraneam liceat. Carpz. *3. Conf. L. 2. def. 124. n. 10.* D. Müll. p. 113.

§. VIII. Illud tamen à nonnullis mihi adhuc dubium formari posset, an Augustanæ Confessioni addicti, in Urbe Patriâ aliisq; Prussiæ Regiæ locis degentes salvâ ac illætâ conscientia dispensationem in gradibus jure, saltèm humano prohibitis à Pontifice aut pro re natâ à Nuncio Apostolico exigere possint? Cui tamen obvium procedere facile erit, indigitando soli Papæ vel ab ipso pro gravitate vel levitate causæ delegatis Sacri Ordinis, in his terris competere jus dispensandi, adeoq; incolas meritò eandem ab ipso sollicitare, nec ullius ea propter peccati reos postulandos esse, quippe id facientes quod Leges permittunt Voluntati Divinæ se satis conformes exhibent. Aliud verò dicendum esset, si in gradibus Jure Divino Morali positivo prohibitis dispensationem Legislatori Summo adversantem à Pontifice, vel etiam Nuncio Apostolico scienter ac dolosè affectarent, tali enim præsupposito casu remissio Pontificis nupturientes in foro interiori haud securos reddet, tamen si in foro exteriori eos excusari, proh dolor! in confesso sit.

§. IX. Quibus itaque de dispensatione in genere prælibatis, accedo ad ipsam prohibitionem divinam, circa quam in antecessum ex aliis repetendum erit, sanctionem hanc prohibicivam non esse merè forensè solum populum Judaicum in veteri Testamento ob-

strin-

stringentem, sed moralem omnes omnino gentes etiam extrâ Politiam Mosaicam respicientem, veluti id haud obscurè colligitur ex verbis Textus *Levit. 18. vers. 24. & seqv. Ne polluamini, inquit, in omnibus iis, quibus contaminata sunt universa gentes: quas ego ejiciam ante conspectum vestrum &c.* Si ergò hi populi pœnas violatorum graduum conjugii dederunt, sequitur ut lex aliqua prohibitiva præcesserit, quæ utut merè naturalis non fuerit, divinæ tamen voluntati, omnes indistinctè homines obligare valenti ortum debuit. Martin. Chemnit. *loc. de conjug. fol. 5453. vers. ostendendum & in Exam. Concil. Trident. P. 2. Sess. 8. Can. 3.* Gerhard. *l. c. p. 209. seqv.* Beust. *de matrim. p. 2. c. 51. in princ.* Cypræus *de matrim. cap. 4. §. 1.* Carpzov. *l. c. def. 72. per tot.* Grot. *de J. B. & P. l. 2. cap. 5. §. 13.* B. Dn. Brunn. *l. c. §. 25.* & ibi Magnif. Dn. Stryk. *in addit. D. Müller p. 12.* Dn. Ziegl. *in supr. alleg. dissert.*

§. X. Proinde in proclivi est prohibitionem hanc non tantùm personas *Levit. 18. & 20.* enarratas sed omnes etiam similis gradus complecti, quandoquidem juxta saniorum Theologorum sententiam expeditum est, expressas ibi personas exempla graduum esse: Cumque generaliter dispositum, ne quis accedat ad carnem carnis suæ, nullam etiam adessè rationem video, quare hæc dispositio in expressis saltem personis observanda, in non expressis verò negligenda sit, quippe ex quo infinita absurda resulerent. Brochmann *in art. de conjug. c. 2. sect. 7.* Schneidw. *tit. de nupt. rubr. in quibus grad. Jus Divin. prohibet matrim. contrahi n. 16.* Beust. *d. l. Gerhard. pag. 275.* Cypr. *l. c. Brentius in cap. Levit. & ibid. Osiand. Chemnit. loc. de Conjug. p. 549.* Bidenbach *de caus. matrim. p. 44.* Carpz. *def. 76. per tot. & Pr. Crim. qv. 73. n. 22.* ubi meram Sophisticam & calumniam esse eorum dicit, qui tantùm personas

sonas non autem gradus à Mose prohibitos esse affirmant. Havemann *Gamolog. Synopt. l. 2. t. 5. posit. 6. n. 1.* B. Dn. Brunn. *l. c. §. 26.* & *ibid.* Magnif. Dn. Stryk. *in addit. D. Müll. Ungerathene Ehe pag. 56.* vid. tamen *Resp. Helmstad. junct. Chiloniens. & Rintelens. de An. 1680.* quæ ad verbum exhibet Magnif. Dn. Stryk. *loc. cit. §. 21.*

§. XI. Dictis itaque jam considerandæ succedunt, Leges quæ in *Levitico 18. & 20.* de prohibitione nuptiarum recitantur.

§. XII. Prohibentur verò ibi nuptiæ vel ob consanguinitatem, vel ob affinitatem, & quidem ob consanguinitatem (1) in lineâ rectâ inter ascendentes & descendentes in infinitum, quod adeò illimitatum volunt juris interpretes, ut & Adamo, si mortuâ Evâ adhuc in vivis esset, à secundis nuptiis simpliciter abstinendum esse statuunt, autumantes nefandum, (cùm omnes quotquot, vitalem spiritum haurimus, eum ceu communem patrem veneremur,) exutâ hâc reverentiâ sanguinem carnali commixtione ad ipsum remittere. *Accurs. in gloss. inst. p. 1. de nupt. Cypræus de matrim. c. 6. p. 1. n. 7. Vultej. Joh. Harprecht ad did. §. 1. add. Magnif. Dn. Stryk. in annot. inst. verb. infinit. ibid. (2) in lineâ collateralis ad secundum usq; gradum lineæ inæqualis.*

§. XIII. Neq; hic est differentia, num consanguinei è legitimâ an illegitimâ conjunctione sint procreati. Sanè in prohibitionibus matrimonialibus non tam generationis qualitas quàm è copulâ carnali orta sanguinis communitio consideratur. *Gerhard. loc. de Conjug. §. 281.* id quod non tantùm Jus Divinum *Levit. 18. v. 9.* ubi prohibetur soror jungi matrimonio fratris, sive ea domi sive foris sit genita, h. e. secundùm *Gerhard. l. c.* sive è legitimo matrimonio, sive è fornicatione sit suscepta, abundè

abundè probat, verùm & Sanctio Serenissimi Legislatoris Saxonici in *Ordinat. provinc. de A. 1580. in fin. pag. 295.* expressis admodum verbis evincit: Ja auch welche etwa aufferhalb der Ehe gezeuget / und des Geblütes halber durch das Natürliche Recht mit einander verwand seyn / unter welchen Personnen keine Eheverbindung noch Vermischung geschehen soll. Carpz. I. *conf. l. 2. def. 82. per tot. ibiq. alleg. Dd.*

§. XIV. Hoc quoque nihil refert, an personæ *Levit. 18. & 20.* prohibitæ uno an duplici latere sint sanguine junctæ, cum utroque casu à communi stipite descendant, indeque proveniens communio sanguinis nuptias impediatur, in quam sententiam descendit Amplissima Facultas Jurid. Francof. in *Resp. de A. 1674. d. 7. Febr. verb.* Auch nicht hindert / daß alhie nur von einer halb-Schwester die Frage / massen auch dieselbe mit dem halb-Bruder ein Fleisch ist / oder von einem Geblüte herrühret / und daher unter halb- und vollbürtige Geschwister in causis matrimonialibus kein Unterscheid &c. Magnif. Dn. Stryk. in *addit. ad B. Dn. Brunemann 7. Eccles. l. c. §. 22.*

§. XV. Illud controversum est inter Doctores, an dispensatio Statuum Imp. Protestant. in conjugio inter avunculum & sororis filiam sit licita? asserunt hoc Viri Juri Helmstädienses, Chilonienses, & Rintelenses, quorum asserta refert Magnif. Dn. Stryk. *d. l. negat Amplissima Facultas Jurid. Francof. in Resp. prac. §. allegato verb.* So erachten wir Decanus &c. nach gehöriger Erwägung der Sachen vor recht: weil nicht allein in Weltlichen Rechten solche Heyrath klahr verbothen / sondern auch das Göttliche Recht deutlich damit übereinstimmt / daß man seiner Mutter Schwester und also auch seiner Mutter Bruder nicht heyrathen soll. *Quam sententiam meam quoq; facere licebit. Sed objiceret aliquis matrimonium hoc Le-*
B vit.

vit. 18. non reperiri prohibitum, R. Sanctio prohibiti-
va Levitica non tam personarum quàm graduum pro-
hibitionem involvit conf. §. *praced. 10.* idcirco prohibitis
nuptiis cum sororis aut fratris filio, conjugium quoq;
cum sororis filiâ, quæ in pari gradu est, interdicit vid.
Excellent. Dn. Bartholdi *in supr. alleg. Dissert. c. 2. n. 46.*

§. XVI. De matrimonio inter Patruales vel Con-
sobrinos contrahendo; Status Imper. Protestant. salvâ
conscientia dispensare valent, quippe quod nec Jure
Divino nec Cæsareo prohibetur, dissentientibus quoad
posterius Francisco Hottomanno *ad §. duorum autem 4.*
Inst. de nupt. & Anton. Fabro tom. 1. Jurispr. Papin. tit. 9.
princ. 6. illat. 6. pag. 465. quibus tamen acerrimè resistit t.
Carpzov. *Jurispr. Conf. L. 2. def. 86. num. 9.* qui etiam *defin.*
113. num. 9. seqq. de expressè circa hoc matrimonium re-
servata dispensatione Serenisf. Elect. Sax. nobis fidem
adhibens, adducit verba *Ordinat. Matrimon. §. Und ob*
zwar verf. Wofern aber jemand vermeinete / daß Ihm sein
Hertz und Gemüch allerdingz zu einer solchen Person trüget /
die ihm im andern Grad gleicher Linien befreundet ic. so sol der-
selbe sich im wenigsten nichts verbindliches einlassen / sondern
zuvor uns sein Vorhaben / und was ihm dazu sonderlich ver-
ursachet / unterthänigst zuerkennen geben / und darauff / ob und
wie Wir genädigst dispensiren wollen / unsere resolution
erwarten. add. Magnif. Dn. Stryk. *in annot. ad Instit. An-*
ton. Matth. Joh. Pomeresch. ad d. §. 4. Schilt. Instit. Jur.
Can. L. 2. tit. 10. §. 19. Handedes Exercit. Imp. 5. 2v. 30. His
verò non obstantibus pie omnino & honestè agent suæ
que conscientiaè haud parum consulent nupturientes,
si re adhuc integrâ, i. e. neutri contrahentium ab alte-
rutrâ parte obligatione quaesitâ ab hujusmodi connu-
bio abstineant, idq; non tantùm propter gradum pro-
pinqui-

pinquitate fraterno gradui proximum; sed etiam propter pudorem quasi naturalem, qui omnes ab his nuptiis per aureum illud Senecæ avocare videtur.

Quod Lex non vetat, hoc fieri vetat pudor. Cypræus *de matrim. cap. 6. §. 12. num. 19. & 20.* Dn. Eichel *in Comment. ad tit. ff. de R. J. cap. 3. p. 183.* add. quoq; D. Müll. Ungerathene *Ehe pag. 101.* ubi de hoc matrimonio ex professo agit.

§. XVII. Operæ pretium erit, antequam ulterius progrediar, quærere, an ergò in remotiori gradu Statibus Imp. Protestant. promiscuè dispensare liceat? Certè non desunt, qui ob intervenientem respectum parentelæ, (qui ex eo dignoscitur, si altera è conjungendis personis immediatè attingat stipitem, altera verò remotior sit,) constanter id negant; Gerhard. *l. de Conjug. §. 285. & seqq.* Carpzov. *L. 2. def. 80.* Cypræus *c. loc. cap. 6. num. 19.* B. Dn. Brunnem. *in J. Eccles. L. 2. cap. 16. §. 22.* D. Müller. *d. l. pag. 49.* Quibus tamen alii se graviter opponunt, innuentes respectum parentelæ merum Juris Civilis esse inventum, extendentis eundem etiam ad illos, inter quos nullum aliàs sanguinis vinculum datur §. 1. *Instit. de nupt.* Juri verò Divino & Canonico planè incognitum mansisse, adeoq; ultra gradus Jure Divino expressos dispensabilem esse Magnif. Dn. Stryk. *in addit. ad B. Dn. Brunneman. J. Eccles. l. c. §. 22.* Sanchez. *de matrim. L. 7. def. 53.* Mev. *Part. 3. Decif. 99. in Subject. ibid. Resp. Summi Tribun. Wismariens* add. *Resp. Amplif. Fac. Jur. Francof. de Anno 1680. d. 19. Aug. verb: Der Respectus Parentelæ ultra fratrum vel sororum liberos ist ein inventum Juris nostri Civilis & §. subseqv. Ueber ex Jure Divino oder Canonico kan solcher respectus dergestalt nicht erwiesen werden &c.*

§. XVIII. In hâc itaq; Sententiarum diversitate, constituto licebit in eâdem planè causâ casum adducere, qui ante biennium, & quod excesfit, primùm Amplisf. Facult. Jurid. Francof. deinceps verò Reverendisf. Facult. Theol. Lipsiensi decidendus transmittetur. Quæstio erat, Utrum fratris unilateralis neptem matrimonio jungere liceret, numve Status Imp. Protestant. aut qui Jura Consistorialia exercent, salvâ ac illæfâ conscientîâ de hoc matrimonio dispensare possent? Affirmavit hoc præmissis rationibus dubitandi ac decidendi Amplisf. Facult. Jurid. Francof. negavit Reverend. Facult. Theolog. Lipsiens. Quarum Responsa, cum huic controversiæ multùm declarationis addant, neq; typis in terminis terminantibus exscripta reperiantur, non inutile futurum credidi integris verbis retulisse:

RESPONSUM FRANCOFURTENSE.

Demnach Unser in Rechten gegründetes Bedencken verlangt worden: Ob einer seines Halb-Brudern Tochter heyrathen könne? So erachten wir Decanus Ordinarius, Senior und andere Doctores der Juristen Facultät auf der Churfürstl. Brandenb. Universität Franckfurt an der Oder nach genugsamer Erwägung der Sachen vor Recht.

Ob zwar 1. nach denen gemeinen Kayserslichen Rechten besant/ daß dergleichen Persohnen/ unter welchen ein Respectus Parentelæ versihret/ wann sie auch gleich im vierdten und ferneren gradu seyn/ sich mit einander nicht verheyrathen können

S. item amitams. I de nupt. L. 17. C. eod.

2. Solcher Respectus Parentelæ auch den Götzl. Rechten deßhalb gemäß zu seyn scheint/ quia ibi expressè cautum, quod

quod qui se jungit materteræ vel amitæ, ille detegat nuditatem carnis Patris & Matris,

Levit. 18. vers. 12. & 13.

ex quo sequitur, quod qui amitam vel materteram magnam sibi jungit, ille detegat nuditatem avi & avix. Illa enim unitas carnis sive conjunctio sanguinis, quæ est inter patrem & amitam, est quoque inter avum & amitam magnam, ut hinc ob identitatem rationis eadem prohibitio locum habeat. Quis enim hic abruptit Respectum Parentelæ? Quis concessionem matrimonii hic promulgavit?

Havemann *Gamolog. Synops. Lib. 2. Tit. 5. Posit. 7. §. 6.*

Daher 3. die Doctores dahin schliessen / quod propter illum parentelæ respectum, etiam Divino Jure fundatum, nulla dispensatio locum habeat in tali matrimonio,

Carpzov. Jurispr. Eccles. Lib. 2. def. 115.

Bechstad. de Jur. Connub. cap. 11. §. ult.

4. Hieselbst auch nichts releviren kan / daß von des Halbbrudern Nepte die Frage ist: Massen in causis matrimonialibus, inter vinculum bilaterale vel unilaterale kein Unterscheid ist / cum ubique sanguinis communio adsit,

Bechstad. de Jure Connub. c. 11. §. 2. & 3.

Weil aber dennoch 1. alhie nicht die Frage, was ordinario jure zugelassen ist oder nicht / sondern de facultate dispensandi in casu proposito moviret wird.

2. Und also Rechtens / daß wo keine prohibitio juris divini vorhanden / die dispensatio ohnstreitig zugelassen ist.

per vulgata.

3. De Jure Divino aber viel Od. der Meinung seyn / quod prohibitio *Leviticorum 18. ad certas personas tantum restricta, exceptâ lineâ ascendente & descendente, ut hinc inter omnes illos, qui illo capite non nominantur, permissum sit matrimonium*

Grot. ad Levit. 18.

B 3.

4. Wie

4. Wiewohl andere so hierinnen am sichersten gehen wol-
len/ extendiren solche prohibition auf alle diejenigen Persoh-
nen/ quæ cum expreslis *Levit. 18.* sunt in pari gradu.

Havemann. *Gamolog. Lib. 2. Tit. 5. Posit. 6. n. 4.*

5. Muß also daraus / wenn gleich beyde Meinungen con-
jungiret werden/ folgen/ daß diejenigen personæ collaterales,
welche *Levit. 18.* nicht benennet/ in dergleichen Grad auch nie-
mands die Ehe verbotzen / sich mit einander wohl verheyrat-
hen können/ daß es also in diesem Fall nicht heisset / quis hoc
matrimonium permittit? sondern ubi hoc matrimonium ju-
re divino unquam prohibitum?

6. Darwieder der angeführte *Respectus Parentelæ* nichts
verfangen kan/ allermassen derselbe nur bloß ein *inventum*
Juris Rom. ist/ davon das *jus Can. utpote quod post quar-
tum gradum sine consideratione illius respectus matri-
monium permittit.*

C. non debet pen. X. de Consangu.

Joh. Andreæ *in declarat. arb. Consangu.*

und das *Jus Divinum* gang nichts erwehnet/

vid. Mev. p. 3. d. 399. in subjecto Responso.

Ibi n. 4. daß der *Respectus Parentelæ* in Gottes
Wort nicht befindlich.

quam sententiam agnoscit pariter.

Martinus Chemnitius *loco de Conjug. cap. 3. §. 29.*

Cujus hæc sunt verba: Unus peculiaris & notabilis casus
extat in jure Civili, qui in lege divina tam expressè non po-
nitur, quando sc. in lineâ transversali conjugia prohiben-
tur, non ratione graduum, sed ideo quia personæ sunt lo-
co Parentum & liberorum, ut quando in uno latere est
frater vel soror in primo gradu à stipite, in altero latere,
sunt posteri descendentes ab altero fratre vel sorore, illi
inter sese sunt parentum & liberorum loco.

7. Ist die Ratio diversitatis zwischen des Vatern und Groß-
Vatern Schwester oder Bruder an sich offenbahr / weil eines
Brudern Neptis einen Grad weiter à propinquitate sangvi-
nis abtrit / als eines Brudern Tochter / quo vicinor enim est
concurfus in stipite, ex quo vinculum sangvinis descendit,
eò arctior est matrimonii prohibitio, ut ita prohibitio gra-
dus proximioris ad remotiorem non sit extendenda, mas-
sen sonst ex eadem ratione unitatis carnis inferiret werden
müßte : Wie ich meines Vatern Schwester jure divino nicht
heyrathen kan / also kan ich auch dero Tochter nicht heyrathen /
quia est una caro cum illâ, quæ mihi matris loco est; quod
tamen falsum, ut eapropter ultra Legem Divinam non-
faciendæ extensiones indispensabiles.

So sind Wir der Meinung / daß obgedachtes matrimo-
nium denen Göttlichen Rechten nicht zu wider / und also ein
Episcopus, oder wer sonst jura Consistorialia des Ortes ex-
erciret / hierin zu dispensiren wohl befuget sey von Rechts
wegen.

Decanus, Ordinarius, Senior und andere
Doctores der Juristen Facultät auf der
Churfürstl. Brandenburg. Universität
Franckfurt an der Oder den 2. Jun. 1688.

RESPONSUM LIPSIENSE.

Was uns jüngsthin nachfolgende Gewissens-Frage : Ob ei-
nem in Göttlichen Rechten nachgelassen / daß er sei-
nes Halb-Bruders Tochter Tochter heyrathen / und ihme
also die dispensatio à superiore ertheilet werden könne ?
vorgelegt / und zugleich unser Theologisches Gutachten und
Beden-

Bedencken cum rationibus dubitandi ac decidendi hierüber zu ertheilen gebehren/ demnach erachten wir nach fleißiger Erwägung und Überlegung derselben/ zu erkennen seyn/ daß

Niemand nach Göttl. Rechten zugelassen / seines Halbbruders Tochter Tochter zu heyrathen / weil niemand sich zu seiner nehesten Blutsfreundin thun soll ihre Scham zu blößen / oder wie es im Lateinischen deutlicher zu fassen: Nemo ad ullam carnem sive propinquam carnis suæ accedat ad relegendam turpitudinem ejus, *Levit. XIX. v. 6.* Und ist also die propinquitatis carnis dieses Göttl. Verboths eigentliches Fundament.

Wiewohl nun 1. Gott dasselbe durch die in diesem und folgendem zwanzigsten Capitel enthaltene Special-Gesetze in der Seit-Wärtlichen Linie ausdrücklich weiter nicht extendiret/ als bis auf diejenigen Persohnen / die im ersten und andern Grad ungleicher Linie mit Blut-Freundschaft einander verwandt seyn; Dennoch aber und dieweil propinquitatis carnis die Heyrathen verhindert / theils wegen der natürlichen Bluts-Gleichheit/ theils wegen des natürlichen Respects/ Zucht und Scham/ so zwischen Eltern und Kindern/ oder denen so sich mit beyden gleichen / ex naturali generatione entstehet / als kan auch zum Exempel zwischen N. N. und seines Halbbruders Tochter Tochter / weil jener respectu dieser Vatersstelle vertritt/ keine Verheyrathung statt finden.

Und ist 2. dieser Respectus Parentelæ keines weges ein bloß figmentum Juris Romani, sondern ist allerdings auch in Jure Divino, *Gen. 2. v. 24.* gegründet / da Gott der Herr sagt: Darumb wird ein Mann Vater und Mutter verlassen/ und an seinem Weibe hängen. Per naturam sc. mas & foemina desiderant extrâ unitatem carnis suæ (Patris & Matris) ad sui multiplicationem & generationem prolis conjungi, & vir quidem relictis Parentibus,

bus, iisve (NB.) qui unitatem carnis cum illis habent, naturâ adhærere desiderat mulieri extrâ domum paternam adscitæ: & vicissim mulier, relictis Parentibus, & (NB.) iis, qui unitatem carnis cum illis habent, naturâ desiderat adhærere Viro, qui sit extrâ domum paternam & ex hoc naturâ insito appetitu ac desiderio abhorrent ambo à commixtione cum suâ carne ad sui multiplicationem, tanquam à commixtione naturæ rationali disconveniente ac turpi. Consulantur Interpretes passim, Lutherus, Gerhardus, Calovius, Rivetus, Pererius *ad h. l. Genes.* Gleich wie nun propter hunc Respectû parentelæ ex generatione naturali ortum, Niemand kan seines Vaters oder Mutter Schwester Scham blößen / weil jene des Vaters und diese der Mutter nächste Blutsfreundin ist. Non enim fieri potest, ut quis relinquat Patrem & Matrem, & tamen adhæreat Amitæ, quæ cum Patre, aut Materteræ, quæ cum Matre una caro est, nach Gottes klarem und deutlichen Verboth / *Levit. XIII. v. 12. 13. & XX. v. 19.* Also kan auch propter analogiam kein Weibes-Bild ihres Vaters oder Mutter Bruder heyrathen. Quâ ratione enim Vir est caro sive propinquus carnis Amitæ vel materteræ suæ, eâdem ratione etiam scemella est caro sive propinqua carnis Patruï vel Avunculi sui. Si ergo propterea non licet filio Patris aut Matris ducere Amitam vel Materteram suam, quia hæc est caro sive propinqua Patris aut Matris suæ, etiam filia Patris aut Matris non licet nubere Patruo vel Avunculo suo, quia hic æquè est caro, sive propinquus Patris aut Matris suæ, vi legis ejusdem: Nemo ad ullam carnem, sive propinquam carnis suæ accedat. Woraus dann nothwendig weiter solget / daß auch kein Weibesbild ihres Groß-Vatern Bruder heyrathen dürffe. Patruus enim magnus uti cum

C
fratre

fratre suo, qui est Avns talis foeminæ, unius carnis caro; ita huic Nepti fratris sui, loco Avi, & hæc eidem loco neptis est, quæ eidem filialem debet subjectionem reverentiam & honorem. Wie nun niemand seines Sohnes oder Tochter Tochter Scham blößen darff / weil es seine Scham ist / *Levit. XX. v. 10.* Also kan auch niemand nach Göttel. Rechten seines Bruders Tochter Tochter Scham blößen / denn es ist seines Bruders nahe Blutsfreundin. Vid Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 285. Carpzov. Jurispr. Confist. L. II. Tit. V. Def. LXXX. n. 5. 6. 7. 8.*

Ob nun wohl 3. die natürliche Bluts-Verwandniß in gradibus remotioribus à communi stipite geringer ist / als in propinquioribus, so verleuret sich doch der ex naturali generatione entspringende Respect zwischen Eltern und Kindern / oder denen Transversal-Versohnen / qui parentum atque liberorum sunt imago, nimmer. vid. Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 285.* also daß des Brudern Tochter Tochter / so im dritten Grade ungleicher Linie von ihres Groß-Vatern Bruder entfernt / eben den Respect einer Tochter gegen ihm / als gegen ihres leiblichen Vatern Bruder behält / ja noch fast mehr Kindliche Ehrfurcht jenem / wegen seines höhern Alters / als diesem zu erweisen schuldig ist.

Darwider 4. vergeblich eingewendet wird / daß diejenigen Collateral-Versohnen / welche *Levit. XIX.* nicht benennet / noch mit dem alda benahmeten in pari gradu sind / einander gar wohl heyrathen mögen. Denn warumb solte dieses von denen in lineâ ascendente & descendente unbeniembten Ver-sohnen nicht gleichfals können gesaget werden / und würde also folgen / daß auch eine Uhr-Enckelin / die von ihren Elter-Vater im dritten Grad der geraden Linie entfernt / denselben heyrathen dürffe. Ubi enim matrimonium hoc jure Divino expressè prohibitum? Da doch alle neue und alte Lehrer hier

hierinnen übereinstimmen/ daß/ ob schon in der geraden auf- und absteigenden Linie nur der erste und andere Grad *Levit. XIX. v. 7. 10.* ausdrücklich verboten/ dennoch die übrigen alle nach Göttl. Rechten in infinitum nicht zugelassen seyn. Et sic neque cum Avi, Abavi, Atavi, aut Tritavi aliorumq; Ascendentium fratribus & sororibus si in vivis essent, nuptias inire licebit. Vid. Gerhard. *loc. de Conjug. §. 288.* Carpzov. *Jurispr. Consist. L. II. Tit. V. Def. LXXVII. n. 9. Def. LXXX. num. 11. 12. 13.*

So ist es auch 5. eine wichtige Folgeren/ da gesaget wird: Wenn eine Weibespersohn ihres Groß-Vaters Bruder jure Divino umb der Ursache willen/ quia est una caro cum Avo suo, nicht heyrathen kan/ so kan sie auch dessen Sohn nicht heyrathen/ quia est una caro cum illo Patruo suo magno, qui Patris loco est. Sed hoc absurdum. Ergo ultra Legem divinam non faciendæ sunt extensiones indispensabiles. Sintemahl sich allhier ein mercklicher Unterscheid ereignet/ quia Patruus magnus & Neptis ex fratre non sunt duo ex parte carnis; sed uti filius & filia aliquid Patris, & pars carnis ejus sunt, ita & hæc cum Patruo suo magno sive fratre Avi una caro est, ob Avi ejusquæ fratris identitatem in iisdem parentibus. Quando enim in lineâ transversâ inæquali pars alterutra uno saltem gradu à communi stipite distat, (uti hic Patruus magnus à Proavo Neptis fraternæ) tum etiam inter eos invenitur unitas quædam in uno generante (qui h. l. est Pater Patruus magni, Proavus Neptis fraternæ) licet inadæquata. Sed si in gradu secundo vel tertio lineæ æqualis aut inæqualis Consobrinos & Patruales consideraveris, unitatem hanc carnis in uno generante non invenies, nisi remotam, quæ absolutè loquendo unitas non est. Habent enim Patruales & Consobrini diversos generantes non unum neque adæquatè neque.

inadæquatè maximè in tertio gradu æqualis aut inæqualis
 lineæ. Vid. Gerh. loc. de Conjug. §. 285. Carpz. *Jurispr. Confess.*
 L. II. Tit. V. Def. LXXX. num. 14. 15. Wie nun Brüder-oder
 Schwester-Kindern/so wohl im anderen als dritten Grad glei-
 cher und ungleicher Linie einander zu heyrathen nach götli-
 chen Rechte nicht verbothen/ also kan hingegen niemand seines
 Brudern oder Halbbrudern (welches hier gleich viel ist/ cum
 utrobique sangvinis communio adsit, vid. *Levit. XIX. v. 9.*)
 Tochter Tochter zum Weibe nehmen. Nam ut Neptem co-
 ram Avo denudari & cum eo carnaliter misceri, ita & co-
 ram Patruo magno, qui cum Avo una caro est, eam denu-
 dari, & carnaliter cum eo commisceri, contra naturalem
 pudorem ac verecundiam est. Naturæ autem rationali
 disconveniens, indecens ac turpe est, quicquid cum natu-
 rali pudore ac verecundiâ pugnat.

Aus welchem allem denn zur genüge erhellet/ daß pro-
 pter illam unitatem carnis in uno generante, licet inadæ-
 quatam, & inde resultantem parentelæ respectum die Ver-
 heyrathung mit des Halb-bruders Tochter Tochter wider
 göttliche und natürliche Rechte sey/ und also die dispensatio à
 superiore keinesweges ertheilet werden könne/ juxta Ordin.
 Eccles. & Matrim. Tit. von Ehesachen/ Rubr. welchen Persoh-
 nen sich in Ehegelöbniß &c. §. die Persohnen welche seithalber.
 Ibid. Weil dieselbe der Eltern statt halten. Vid. Carpzovius
Jurispr. Eccl. L. II. Tit. V. Def. LXXX. n. 16. & Def. CXV. n. 9.
 10. von Rechtswegen. Urkundlich mit unsrer Facultät ge-
 wöhnlichen Insiegel bekräftiget. Leipzig den 5. Julii A. 1688.

Dechand / Senior auch andere Doctores,
 Professores und Assessores der Theolo-
 gischen Facult: auf der Chur- und Fürstl.
 Sächsischen Universität zu Leipzig.
 s. XIX. Me-

§. XIX. Meum quidem cum non sit in tanto opinio-
 num divortio tam arduæ controversiæ decisionem
 mihi arrogare, attamen cum in re disputatoriâ liberum
 unicuiq; judicium relictum, facillè me veniam impetra-
 turum confido, si in præsens modestè subijciam, matri-
 monio hujusmodi ab initio modis quidem omnibus es-
 se resistendum, probabilem tamen nihilominus illorum
 videri opinionem, qui re non ampliùs integrâ Statibus
 Imper. Protest. jus dispensandi ex Consilio Pruden-
 tum largiuntur, quibus tamen super tali vel etiam simi-
 li casu consultis semper incumbet, ne usque adeo faci-
 lè Status Imper. Protest. ad liberio-rem dispensandi fa-
 cultatem, ac Jus Divinum permittit, adducant.

§. XX. Misâ Cognatione naturali accedo ad Co-
 gnationem legalem, quæ per adoptionem contrahitur,
 vi cujus Jure Civ. nec Filiam nec Sororem nec Amitam
 adoptivam ducere licet *per §. 1. 2. Instit. de nupt.* Enim-
 vero cum hîc nulla subsit sanguinis communio, quæ
 vel jure naturali vel Divino morali impediatur matrimo-
 nium, dispensationi in lineâ tam rectâ quam collatera-
 li locus erit, quamvis nonnulli eandem ne quidem ne-
 cessariam ex eo arbitrentur, quod hodie Cognatio le-
 galis non ampliùs attendatur. Havemann. *in Gamolog. Sy-
 nopt. Lib. 2. tit. 6. Probl. 10. num. 2.* à quibus tamen aliquo
 modo dissentire videtur Magnif. Dn. Stryk. *in addit. ad*
B. Dn. Brunnem. 7. Eccles. l. cit. §. 19.

§. XXI. Denique sequitur cognatio Spiritualis,
 quam Jus Civile in *L. 26. §. fin. C. de nupt.* tantum statuit
 inter susceptorem & susceptam personam, Jus verò Ca-
 nonicum latius extendit. Thom. de Sanchetz. *de mairi-
 mon. Lib. 7. Disput. 54. seqq.* In quâ tamen nullam dispen-
 sationem requirunt Wefenbec. *de Rit. nupt. n. 4.* Berlich.

P. 4. *Conclus. 32. num. 24.* B. Dn. Ziegler. *ad Lancellot. L. 2. tit. 13. §. 1.* Dn. Struv. *Synt. Jur. Civ. Exercit. 29. th. 40.* Pruckmann. *tract. de regalibus ad §. soluta potestas p. m. 254. in fin.* Ubi cognationem hanc phantasticam & ut hominum, marsupia emungerentur, excogitatam appellat. *add. §. 18. prac. Dissert. confer. tamen B. Dn. Brunnemann. in Comment. Cod. ad dict. Lib. 26. & Magnif. Dn. Stryk supr. alleg. l. §. 20.*

§. XXII. Nunc Ordinis ratio me deducit ad Affinitatem, quam triplicis generis esse unicuique, qui vel primis labris elementa nostra degustavit, notum erit. Quoties enim personæ Affini persona extranea matrimonio jungitur, toties novum genus affinitatis constituitur & sic vel secundum vel tertium. Magnif. Dn. Hoppe *in Exam. Inst. tit. de Nupt. Qv. 61.* Ubi tamen notandum non statim per plures nuptias secundum aut tertium genus contrahi, sed si mutetur Sexus juxta notissimum axioma: *Non mutato sexu non mutatur genus affinitatis*, licet, plures intercesserint nuptiæ, v. gr. si frater meus defunctâ primâ uxore ducat secundam, tertiam &c. omnes mihi adhuc in primo affinitatis genere junctæ manent, quippe frater, mediante cujus personâ affinitas constituitur, non mutatur. Quod si verò mortuo fratre uxor ejus derelicta secundo nubat marito, tunc hic in secundo genere affinitatis mihi junctus est, cum jam sexus mutatus sit. Magnif. Dn. Stryk. *Inst. tit. de nupt. pag. m. 67.* Contrahitur verò affinitas ex Jure Civili saltè per legitimas nuptias *L. 4. §. 8. ff. de grad. & affinit.* ex Jure verò Canonico per quamlibet carnalem copulam *cap. 6. vers. sed nec affin. X. de eo qui cogn. consangv. Carpzov. f. Conf. L. 2. def. 97. & Pr. Crim. Part. 2. Qv. 74. Rauchb. Part. 2. Qv. 13. Schilt. Instit. f. Can. l. c. §. 24. in fin.*

in fin. quod & praxis hodierna naturali pudori maximè incumbens imitatur.

§. 23. Cæterùm in affinitate nulla quidem de jure Civili ob cessantem generationem, quandoquidem affines à se invicem non generantur, computatio graduum occurrit §. 6. *Inst. de grad. cognat.* L. 4. §. 5 ff. *de grad. & affin.* Jure tamen Canonico dispositum est, ut ad similitudinem consangvinitatis in affinitate quoque certi gradus formentur, quod & hodie in praxi attenditur, tametsi hæc computatio non sit specialis, sed eadem planè quæ in consangvinitate, adeò ut *quoto gradu quis uni conjugum junctus consangvinitate toto gradu alteri junctus sit affinitate* e. gr. si quærat, quoto gradu marito in affinitate juncta sit uxoris matertera, videndum quoto gradu consangvinitatis juncta sit eadem uxori, atqui huic juxta computationem juris Canonici, quam in matrimonialibus observamus, secundo gradu consangvinitatis, ergo marito juncta est secundo gradu affinitatis. Mentzer. *de conjug. rubr. de affin. p. 2.* Carpz. *J. C. L. 2. t. 6. def. 88.* Schultz. *arb. Consangv. c. 8. m. 1. n. 41. seqq.* Schilter. *Inst. J. C. L. 2. t. 10. §. 33.* Magnif. Dn. Stryk, *in annot. Inst. tit. de nupt. §. 19. seqq.* Magnif. Dn. Hoppe *Exam. Inst. d. t. qv. 62. add. Ordinat. Eccles. Serenis. Saxon. tit. von Ehesachen Rubr. welchen Personen sich in Ehegelöbniß mit einander einzulassen verboten.* §. Wie nun den Personen wegen der Blutfreundschaft sich in Ehegelübde einzulassen verboten/ also sollen auch die / welche Schwägerschaft halben einander ebenmäßig verwand / sich in Ehegelöbniß nicht einlassen/ denn so nahe als der verstorbene Ehegatte seinen eigenen Blutsfreunden zugethan / so nahe ist auch demselben sein hinterlassener Ehegatte Schwägerschaft halben verwand/ quam sanctionem Electoralem prohibitiveam denuo repetitam invenies in *Ordinat. matrim. de An. 1624. punct. 2. §. zum vierdten.*

§. XXIV.

§. XXIV. In primo itaque genere affinitatis stat, regula firma: *Quoto gradu consanguinitatis matrimonium prohibitum, toto gradu affinitatis quoque censetur prohibitum, cujus regulæ rationem suppeditat autor hujus prohibitionis Genes. 2. v. 24.* Conjuges non duo sed una caro, ut adeo eodem æquè vinculo cognatis jungantur. Atque ex hoc fundamento existimarem, dispensationem, Statuum Imp. Protest. circa matrimonium cum Patruï vel Avunculi viduâ minimè procedere. conf. tamen Dn. Struv. *Jurispr. L. I. Tit. 6. §. 17.* & Dn. Richter. *P. 1, D. 11. num. 13. seqq.*

§. XXV. Porro, cum matrimonium cum uxoris defunctæ sorore non simpliciter jure Divino prohibitum videatur, *vid. acta Oettingensia de matrimonio Principis cum defunctæ uxoris sorore*, non inutile erit quærere, an dispensatio Statuum Imperii Protest. locum obtinere possit? id quod ex duplici argumento negare licebit, quorum alterum fundatum reperies in regulâ generali *Levit. 18. v. 6.* Nemo accedat ad carnem carnis suæ, alterum in expressâ prohibitionem matrimonii cum defuncti fratris vidua *Levit. 18. vers. 16. & 20.* Nec est, quod mihi objiciatur disparitas rationis inter connubium cum fratris defuncti uxore & uxoris defunctæ sorore, dum in illo confusio seminis fraterni metuitur, non autem in hoc. Respondeo DEUS in sanctione prohibitiva non, tam rationem & respectum habuit ad confusionem seminis, quam ad propinquitatem carnis: Quæ cum in utroque casu ob gradus æquè distantes sit eadem, prohibitio etiam divina ejusdem planè vigoris ac ponderis censi debet, alioquin etiam licitum esset post matrem, filiam ducere, cessaret enim & hîc confusio seminis: Hæc scil. absurditas ex objectionem illa oritur. Neq; assertio-

nem

nem meam infringit argumentum à contrario ex *Levit. 18. vers. 18.* deductum præterquam enim quod id à communi Theologorum Scholâ tanquam debile & lubricum jamdudum sit profligatum, verba illa *Levit. 18. v. 18.* variam adhuc admittunt interpretationem quo de conf. omnino D. Müll. Ungerathene *Ehe. p. 27. & mult. seqq. add.* D. Gerhard. *de Conjug. §. 347.* Carpz. *J. C. L. 2. def. 91.* Havemann *Gamolog. Synopt. l. 2. t. 5. Reg. 8. sent. 1.* Magnif. Dn. Stryk. *ad B. Dn. Brunn. J. Eccles. l. 2. c. 16. §. 26.* vid. etiam D. Bucholtz. *in Resp. Jurid. pro matrimonio Principis cum defunctæ uxoris sorore contra Ho.*

§. XXVI. Quid verò juris, si quis defunctæ uxoris fororis filiam ducere velit? Non admittendam esse dispensationem asserunt cum plerisque facultatibus Theologicis ac Consistoriis Gerhard. *loc. de Conjug. §. 351.* Chemn. *de Conjug. cap. 3. Reg. 10.* D. Müller Ungerathene *Ehe. pag. 55.* Cypræus *de matrim. p. m. 888.* Dedekennus *vol. 3. Consil. Theolog. Lib. 3. sed. 2. pag. 165. & seqq.* & alii quos longâ serie recenset Carpz. *d. l. def. 92. n. 10. add. rescript. Consistorii Supremi Dresdens. die 29. Decembr. A. 1632. verb. Auf euer an uns gethanes Schreiben und angeheffete Frage / ob ihr euch aus Zulassung göttlicher heiliger Schrift mit euers verstorbenen Weibes Schwester-Tochter Junfr. N. N. ehelich verloben / und Churfürstl. Durchl. dispensation erheben möget / erkennen und sprechen wir ic. vor recht / daß dieser Fall in Gottes Wort außtrücklich verboten / und ihr daher Churfürstl. Durchl. zu Sachsen dispensation euch nicht zugetrösten habe.* B. X. W. tametsi contrarium de Facultate Theologicâ Regiomontanâ referat Richterus *p. 1. d. 11 n. 12. seq.* Qvin & Amplif. Facult. Jurid. Francof. hunc casum tanquam dispensabilem responso aliquo *de An. 1675.* deduxisse fidem facit Magnif. Dn. Stryk. *l. c. ad verb. uxoris fororis filia.* add.

D

Rescript.

Rescript. noviss. Serenisf. & Porentisf. Elect. Brandenb. Domini Nutritii Clementissimi Viadrinæ hujus sub dato Regiomont. die 5. Maj. An. 1690. verb. Auch hat der Gasswirth aldort vor dem Spandoischen Thor N. N. in beykommenden seinem gehorsamsten Supplicato umb gnädigste Dispensation seiner verstorbenen Ehefrauen Schwester-Tochter zu heyrathen bey uns angehalten. Daserne nun der Supplicant sich nicht disponiren lassen wil / von dieser Heyrath abzustehen so wollen wir zwar die verlangte Dispensation, welche nach Geist- und Weltlichen Rechten in diesem genere & gradu affirmativitatis endlich wohl statt haben kan / darüber hiemit in Gnaden ertheilet haben. Er muß aber davor zum Behuff der referirten Franzosen ein erkleckliches entrichten / und habet ihr solches nach des Supplicants Vermögen zu determiniren / und wenn er deßfals Richtigkeit gemachet / ihm die Vollziehung solcher seiner Ehe zu verstaten.

§. XXVII. De matrimonio cum Patruelium vel Consobrinorum viduo aut viduâ contrahendo res expedita est. Cùm enim de jure Divino nuptiis hæc nulla obstat prohibitio, quin potius illarum permisso ex multis exemplis, quæ in sacris passim occurrunt, haud obscure pateat, non est quod de dispensatione Statuum Imp. Protest. licitâ unquam dubitemus. Hinc & Serenisf. Elect. Saxon. hanc dispensationem arbitrio suo liberam reservat *in Edicto Speciali sub dato Dresda d. 31. Maji An. 1625.* §. Und ob zwar. verb. die ihme im andern Grad gleicher Linien entweder befreundet oder verschwägert / *junct. verb. fin.* ob und wie wir gnädigst dispensiren wolten / unsere resolution erwarten Carpzov. *def. 194 n. 5.* Cypr. *l. c. n. 20.* vid. tamen quæ in fin §. præced. 15. ubi de matrimonio consobrinorum prolixior fui, à me adducta sunt.

§. XXVIII. Minus verò dubii relictum est de dispensatione

spensatione in ulteriori adhuc primi generis affinitatis gradu. Nam quo in remotiore gradu nupturientes constituti sunt, eò faciliùs dispensatio à Statibus Imp. Protest. decerni valet, quandoquidem in gradu remotiore tanta non occurrit proximitas quanta omnino in gradu propinquiore, ut de hoc fusius differit Carpzov. *l. c.* passim, ad quem brevitatis studio me jam remitto.

§. XXIX. Progredior ad secundum genus affinitatis quod mediante duplici matrimonio contrahitur, & dispensationem Statuum Imp. Protest. etiam in lineâ rectâ ex communi Jctorum opinione admittit. Carpzov. *J. C. l. 2. def. 119.* Cypr. *l. c. cap. 6. §. 2. n. 3. in fin.* Contrarium tamen defendere placuit in connubio inter vitricum & privigni viduam & privignum ac vitrici viduam Johan. Gerhard. *loc. de Conjug. §. 353.* Zehn. *de grad. p. 110* Brochmann *art. de Conjug. cap. 4. qu. 45.* D. Müll. Ungerathene *Ehe p. 49. seqq.* & quidem ex duplici ratione 1. Quia jus divinum prohibens ne privignus ducat novercam nec privigna nubat vitrico *Levit. 18. v. 18.* simul has nuptias sc. inter vitricum & privigni viduam ac vice versâ haud obscure interdixit, eò quod prohibitio hæc propter unitatem carnis ad prædictas modò personas omnino se referat. 2. Quia obstat respectus parentelæ e quo nupturientes sibi invicem loco parentum liberorumq; esse videntur, ad quæ tamen prolixè respondet. Carpz. *c. l. 5. def. preced. 101.* add. Resp. Facult. Jurid. Rintelenf. *de A. 1680. d. 7. Octobr.* referente id Magnif. Dn. Stryk. *l. alleg. §. 22.*

§. XXX. Sic quoque ex mente Carpzov. *def. 102. & 120.* licita erit dispensatio in matrimonio cum conjugis denatæ fratris viduâ, cui adsentitur Joach. à Beust. *despons. p. 2. cap. 55.* add. *Rescript. Consist. Supremi quod Dresda est de A. 1618. d. 19. Septembr. verb. Auf George N. Bürgers zu Dresden*

ben Supplication wegen seiner Verehligung mit seines verstorbenen Weibes Bruders Wittwen Anna N. wird dieser Bescheid gegeben. Diemeil Supplicant die dispensation-Gebühr albereit entrichtet / als wird der Herr Superintendenten alhier seiner Proclamation und Copulation halber Verordnung zu thun wissen. dissentiunt Balthas. Mentzer. *tract. de Conjug. p. 20. & seqv.* Joh. Gerhard. *loco sapius citato §. 386.* Joh. Major *in disp. de nupt. cap. 13. qu. 3. n. 59. & seqq.* Caspar. Erasm. Brochmann *d. l. qu. 47.* Alberic. Gentil. *Lib. 5. de nupt. cap. 13. in fin.*

§. XXXI. Admissâ itaque dispensatione Stat. Imp. Protest. in secundo genere affinitatis, otiosa jam est quaestio, an in tertio genere, quod demum mediante triplici matrimonio contrahitur, ita tamen ut nulla nova cognatio interveniat accurante Magnif. Do. Strykio *in annot. Inst. tit. de comput. grad. §. 23.* eadem sit licita? maximè cum tertium genus hodie non amplius attendatur, adeoque nullam relaxationem efflagitet, tametsi in lineâ rectâ inter ascendentes & descendentes etiam hoc in genere affinitatis matrimonium ex resistente honestate seriò dehortetur Carpz. *l. c. def. 103. n. 8.*

§. XXX. De cætero ubicunq; nulla planè deprehenditur affinitas, ibi nulla quoque prohibitio & consequenter nulla quoque dispensatio. Licite ergo absqve præviâ Stat. Imp. Protest. aggravatione hodie contrahunt Pater & filius cum matre & filia, Pater & filius cum duabus sororibus, mater & filius cum fratre & sorore, duo fratres cum duabus sororibus: cessat enim hisce casibus omne affinitatis vinculum, quod propriè contrahitur ex conjunctione maris & foeminæ ab uno duntaxat conjugè cum alterius consangvineis, non etiam â consangvineis unius cum conjugis alterius consangvineis.
Ment-

Mentzer. *de conjug. p. 70.* attamen cùm in conjunctionibus non solum quid liceat, sed etiam quid honestum sit, considerandum veniat *L. semper 42. ff. de R. N.* existimo nupturientes rectius consulturos esse conscientiae suae, si ab ejusmodi nuptiis abstinuerint, idq; non tam ob averendam cognationis & nominum confusionem, quippe è quâ Pater & filius duas sorores ducentes, sibi invicem evadunt affines; D. Müll. Ungerathene *Œhe. pag. 115.* quàm propter evitacionem scandali, quod occasione harum nuptiarum infirmioribus ac rudioribus, quibus in indagandâ verâ affinitate subinde parvus est genius, facile suboriri potest, adeo ut non immeritò hic etiam locum obtineat regula Pauli *1. Corinth. 9.* Abstinendum quoque à licitis si ita expediat, quandoquidem multa sunt teste Ambrosio *in Epist. ad Patern. 88. l. 8.* quæ licet facere, sed non expediunt, ut taceam quod ejusmodi connubia per raro sint felicia, *experimento*, inquit Gerhard. *Loc. de conjug. pag. 533. didicimus, ex tali conjugio plerumq; vel sobolem non succrescere vel degenerem evadere.* add. Carpzov. *def. 106. n. 6.* D. Müll. Ungerathene *Œhe. loc. cit.*

§. XXXIII. Atq; ex hoc imprimis fundamento impugnare licebit matrimonium comprivignorum. Utut enim diversa textûs originalis *Levit. 18. vers. 11.* versio, dubiam mihi adhuc mentem traxerit, an non jure quoq; divino expresse hoc matrimonium sit prohibitum, attamen cùm genuinum ac proprium ejus intellectum è fonte Hebræo (quem tamè solidè mihi aperire eruditam admovit manum literis hisce diebus Lipsiâ ad me datis Excellentiss. ac Plurim. Reverend. Dn. L. Seligmann. Patronus ætatem venerandus) depromere haud liceat, Theologis hæc ultrò relinquens, provoco ad obstantem carnis propinquitatem, honestatem, metum.

scandali ac civilem insuper prohibitionis rationem, quam non minus eleganter ac doctissimè suppeditat, Magnif. Du. Stryk. in annot. inst. rubr. de comput. grad. §. 8. sequentem in modum inferens: *Si matrimonium non permittitur inter fratrem & sororem adoptivos, multominus permittendum inter comprivignos: prius patet ex §. 2. inst. de nupt. Connexio majoris evidens est, quia arctius vinculum & quidem naturale adest in comprivignis, in adoptivis tantum civile.* Accedit deniq; quod nupturientes ut plurimum magis pecuniæ quam personæ amore flagrantes ad tale connubium ferantur, id quod experientiæ testimonio abundè constat. Nec quicquam in contrarium facit, quod deficiente in hoc matrimonio tam consanguinitate, quam affinitate nulla videatur subesse ratio matrimonii prohibitiva: non enim in eo fundamentum divinæ prohibitionis quæres sed in propinquitate carnis cum carne ob generalem regulam prohibitivam *Levit. 18. v. 6. Nemo accedat ad carnem carnis sue,* jam verò inter me & Patrem intercedit carnis unitas, noverca autem mea est caro una cum patre meo *Genes. 2. vers. 24.* comprivigna verò mea est caro una cum noverca mea, ergo comprivigna mea est caro carnis meæ: quam assertionem Bohlius in *special. tract. de matrimon. comprivignor.* restringit ad casum quo partus communis adest, quippe qui reverà dicere posset, caro mea duxit carnem meam, i. e. frater meus sororem meam, tamen ratione effectus nullam hic admitterem differentiam; sufficit enim quod utroque casu vera interveniat corporum conjunctio, per quam carnis unitas inducatur. Neque adeo mihi refragatur, quod contrariæ opinionis assertores connubium hoc non tantum omni de jure permissum quin & praxi hodiernæ frequentissimum propugnent. Sicut enim quoad prius ob diversam Theologorum textus *Levit. 18. vers. 11.* inter-

interpretationem nihil certi hactenus enunciari potuit, ita quoad posterius certo certius est, multitudinem errantium conscientiam haud securam reddere. Consentiant mecum è Pontificiis Stephanus Menochius, è Reformatis Joh. Piscator & Ant. Matth. de *fundamentis quibusdam juris aliter jaciendis ut jacta sunt* è nostratibus B. Dn. Cramerus Theol. & Magnif. Dn. Stryk. *l. cit.*

§. XXXIV. Cæterùm cum quandoque evenire solet, ut ante nuptias adhuc consummatas alterutra è desponsatis personis diem obeat supremum, non immeritò hic quaeritur, an Statibus Imp. Protestant. fas sit dispensare, in casu quo quis filii vel fratris sponsam in uxorem desiderat. Quod affirmo, quoniam nulla hic obstat prohibitio divina quæ dispensationem Statuum remoratur, neque enim sponsa filii vel fratris est uxor cognita, quod tamen jus divinum in sanctione prohibitiva attendit. Et licet nonnulli connubio cum sponsâ filii defuncti opponant respectum paternum, hic tamen vix impedimento esse poterit, quippe qui ante consummatum matrimonium, puta per commixtionem carnalem nequaquam verus & impeditivus matrimonii dici potest, de quo vid. Carpzov. *f. C. def. 122. n. 5. 6.* nec adeo stringit, quod jus Civile *L. Si qua mihi 12. § L. adopt. 14. §. ult. ff. de R. N.* disertis verbis has nuptias interdicit, sola enim Juris Civ. prohibitio haud efficit, ut illi, penes quos est summa rerum & potestas relaxare legem prohibitivam impediatur Carpz. *def. 110.* D. Müll. Ungeræ thene *Chæ. pag. 969.* Pruckm. *l. c. pag. 263. in fin.* Illustr. Dn. de Rhetz *inst. f. Publ. L. 2. t. 7. §. 5.* B. Dn. Ziegl. *supr. alleg. diff. de dispensat.* B. Dn. Brunnem. *f. Eccles. L. 2. c. 16. §. 25.*

§. XXXV. Ante impetratam tamen dispensationem nec Pater filii nec frater fratris sponsam ducere valet, præprimis cum honestas publica his nuptiis graviter resistat,

sistat, & vix sine inuerecundi animi notâ eam in amplexu habere liceat, quæ ante osculis filii vel fratris maduit, publicæ enim honestatis impedimentum ex sponsalibus oritur *l. penult. C. de incest. nupt. l. fin. in fin. de condict. sine caus.* Anton-Matth. in *L. 48. ff. c. ult. n. 26.* Carpz. *J. C. L. 2. def. 121. princ.* quam in sententiam Domini Scabini Lipsiensis responderunt M. Febr. An. 1658. an David N. N. zu Eisenach hiſſe verbis:

Hat des Sempronii Sohn Titius ein Studiosus zur Zeit da er sich auch auf unterschiedenen Universitäten aufgehalten/ zu des Pomponii Tochter die Mæviam eine sonderbahre ehr- liebende Affection getragen / welche sie auch beyderseits mit Überschickung Sträuſer / Kränze / Brieffe und anderen Verehrungen/ wie zwischen jungen liebhabenden Persohnen zu geschehen pfleget/ unterhalten und gepflogen. Als nun Titius von N. wieder nach Hause gelanget / und sich bey Sempronii Bruder zu N. aufgehalten/ in Hoffnung ihm etwa einige Dienst- beförderung zusehen möchte/ da er denn die Mæviam mit bey- derseits Eltern consens und Bewilligung zu heyrathen ent- schlossen gewesen / jedoch gleichwol von solchem seinen Vorha- ben gegen dem Sempronio im geringsten nichts jemahls ge- dacht; wird er zu berichten N. krank/ und begiebet sich darauf nach Hause/ also er in wenig Wochen nach Gottes Willen Todes verfahren/ worüber die Mævia dermaßen betrübet wor- den/ daß sie sich auch nicht trösten lassen wollen: Über welche Liebe sich Sempronius verwundert / sie nicht allein eine Toch- ter ticoliret / sie und ihre Eltern mit gewöhnlichen Trauer- Zeichen versehen / und der zeither ihnen alle Lieb und Freunds- schafft bey allen Zusammenkunften / Gastmahlen und sonst erwieſen/ sondern auch / nachdem des Sempronii Ehe- Weib über 2. Jahr hernach gleichergestalt nach Gottes Willen To- des verfahren/ er sie und ihre Eltern abermahl mit Trauer- Zeichen

Zeichen gleich anderen Anverwandten von neuen versehen lassen. Und träget sich nun zu / daß gedachter Sempronius selbst auf die Mæviam umb ihres eingezogenen Gottseligen und Christlichen Lebens und Wandels willen ein Auge geworffen / und sich mit derselben in die andere Ehe zu begeben vorhabens. Ob nun wol zwischen Titio und der Mæviæ keine öffentliche Verlöbniß weniger copula carnalis vorgegangen / und also in Göttlichen Rechten kein ausdrücklich Geboth der Ehe halben zwischen Sempronio und der Mæviæ vorhanden. Dierweil aber dennoch allem Ansehen nach in Erwägung der obigen angeführten nachdencklichen Umständen ein Ehe-Verlöbniß zwischen Titio und der Mæviæ geschehen / welche hernach der Vater Sempronius zum wenigsten nach des Titii Tod beliebet / indem er Mæviam seine Tochter nicht allein genennet / sondern auch hernach continuirlich als eine nahe Anverwandte bey Aufrichtung der Leichen-Bestattung und andern Begebenheiten öffentlich tractiret und gehalten nach mehrern Inhalt euer Frage: So wil Sempronio zu Erhaltung Zucht und Ehrbarkeit auch Ergerniß umb so viel mehr zu verhüten / bey der hohen Obrigkeit dispensation gehührend zu suchen allerdings obliegen / immassen denn dieselbe im gegenwärtigen Fall zu dispensiren wohl befugt **W. X. W.**

§. XXXVI. Consultum tamen erit, priusquam dispensatio decernatur, sponsæ injungere juramentum, quo se à præsumptione commixtionis carnalis cum defuncto sponso quadantenus purget, maximè cum ob crebram desponsatorum conversationem plerumque incertum sit, ad quam usque lineam amoris quis cum sponsâ suâ ante nuptias adhuc solennes pervenerit, quin testante eheu experientiâ ! tanta sæpenumero nonnullorum sit præcipitantiâ, ut inordinato amoris impetu incitati post primâ statim sponsalia copulam carnalem copulæ sacerdotali

E

præ-

præferant ut de eo graviter conqueritur D. Müller *tract. Ungerathene Ehe p. 365. in fin. add. B. Dn. Brunn. comm. ad L. 5. C. de incest. nupt. Carpzov. def. 107. & 121. Conf. etiam idem D. Müller d. tr. pag. 70. & multis sequent.*

§. XXXVII. Colophonem dissertationi imponat Potestas Statuum Imp. Protest. exigendi poenas ab iis, qui absque prævia dispensatione contra legum humanarum præcepta constitutionesq; Statuum sponsalia de facto contraxerunt *arg. L. 4. C. de incest. & inutil. nupt.* Cum enim depravata nonnullorum indoles eo sæpèpiùs delabatur, ut vel pro facilitandâ dispensatione, vel etiam pro evitandâ multâ improbam adhibere audeant cautelam, ut publica sponsalia ante impetratam dispensationem in gradibus prohibitis contrahant, quin & interdum copulam carnalem addant, veluti de hoc jam conqueritur Senis Elect. Saxon *in Edicto sub dato Dresde d. 31. Maj. Anno 1625. verbis: Daß wir doch die Zeit unserer geführten Churfürstl. Regierung gar ein anders erfahren / indem ihrer viele eigenmächtiger weise sich in denn verbotenen gradibus hochbeteurlich gegen einander verknüpfet / bey etlichen auch wohl fleischliche Unzucht darzukommen; und wenn die Gewissen also verstricket gewesen / allererst hernach unsere Dispensation gesucht / und mit Anführung dessen / daß sie ohne Verletzung ihrer Gewissen von einander nicht lassen können / uns die Verwilligung gleichsam abnöhtigen wollen &c.* Statibus Imp. Protest. utiq; licitum erit ultrâ multam dispensationis duriori adhuc poenâ scandalosum nupturientium admissum coercere, quandoquidem per *L. 2. ff. de privat. delict.* nunquam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur, quin potiùs ob multiplicationem delictorum poena semper augenda & multiplicanda *L. 28. ff. de poen. L. 1. ff. de jur. patron. L. 3. C. de episcop. audient. L. 8. C. ad L. Jul. de vi publ.*

Triplex verò hic occurrere delictum, quis est qui non animadvertat: grave enim est in gradibus prohibitis sponsalia contrahere, gravius neglectâ dispensatione iura Stat. Imper. Protest. quibus solis fas est circa subditorum matrimonia legem prohibivam relaxare, sacrilego ausu invadere, gravissimum deniq; nec absq; scandalo cordatorum & violatione ordinis ecclesiastici ante benedictionem sacerdotalem concumbere: Unde & tali casu pœnitentiam Ecclesiasticam delinquentibus injungendam esse svadet. D. Balthas. Mentzerus *in dissert. Gies-sa habita* ubi post institutam quæstionem, *Num sponsis ante solemnem in Ecclesiâ copulationem & benedictionem concumbentibus, publica pœnitentia justè imponatur?* tandem numero 292. concludit: *Verbo DEI & Ecclesia constitutioni consentaneum esse, ut sponsis ante nuptias concumbentibus pœnitentia solennis injungatur.* Contrarium tamen placuit Dnn. Consistorial. Lipsiens. in Responso ad Senat. Hallens. de A. 1641. hisce formalibus: *Ob nun wohl beyde Persohnen durch diß Beginnen die Christliche Gemeine geärgert/und sonst denjenigen/ so wider das Sechste Geborh gehandelt und verbrochen/billig mit der Kirchen-Buße belegt werden. Demnach aber und dieweil in dem Fall/ wenn die Delinquenten einander ehelichen/ solche Eheleute also denn dem heiligen Ehestande zu ehren mit der öffentlichen Kirchen-Buße zu verschonen/ So hat auch etc.*

§. XXXVIII. Non est tamen quod quis dubitare audeat de Potestate Statuum Imp. Prot. injungendi pœnitentiam Ecclesiasticam illis, qui ante benedictionem sacerdotalem concubuerunt. Nec licet hic firmiter opponere favorem matrimonii, qui remissionem maximopere svadere videtur, ne aliàs impediatur consummandum matrimonium aut si jam tum consummatum fuerit, statim

ab initio hoc durius reddatur conjugibus. Carpzov. 7. C. Lib. 3. tit. 7. def. 88. n. 8. Tantum enim abest, ut favor privati matrimonii præjudicet salutis publicæ, cujus vel maximè interest, ut delinquentes promeritam pœnam luant, ne ad delicta temere quisquam profiliat *arg. L. 14. C. de pœnis. L. 51. ff. ad L. Aquil. L. 95. §. 1. ff. de solut.* Et turpitudinem hujus concubitûs Jus Can. eo ipso notavit, dum voluit, ut in memoriam acceptæ benedictionis sacerdotalis prima nocte in virginitate copulati permanerent; *c. ult. dist. 23. c. sponsus c. 30. qv. 51.* licet hoc Consilii Carthaginensis decretum hodie nec à centesimo observetur, judice Sam. Neandro *de sponsalib. & nupt. p. 45.* Et utut ambabus largiar manibus Reip. conducere, ut matrimonia frequententur, cum sine his Resp. unâ cum Ecclesiâ perire necesse habeat *L. 1. ff. solut. matrim. L. 2. C. de indict. viduit. tollend.* interim tamen ex justâ delictorum coercionem non pendebit interitus Reip. vel Ecclesiæ, non enim idcirco ab aliis nuptiæ deserentur neq; etiam media deficient post exactam pœnitentiam adigere delinquentes ut matrimonium consumment. Proinde nec sufficiens remissionis pœnitentiæ ratio esse videtur, quod nupturientes ex anticipato coitu nullam maculam incurrant, cum matrimonium subsequens fictione juris omnia præcedentia vitia purget *Cap. tanta X. qui filii sunt legitimi.* Neq; enim cessante macula cessabit scandalum, ob quod itaq; pœnitentia Ecclesiastica meritò adhuc obtinet: idem vult die Fürstl. Sächsische Weimarische Kirchen-Ordnung. *Part. 1. cap. 16. verb.* Wenn nun keine Hinderniß vorhanden / sollen dieselben noch vor der Copulation öffentliche Kirchen-Buße thun. add. Dunte *in casib. conscient. ubi cap. 19. sect. 1. qv. 27. pag. 89.* testatur, in Hassiæ Ecclesiis ordinem saluberrimum observari, ut si sponsus cum sponsâ ante nuptias

ptias consvescat, publicam agant pœnitentiam. Nolo tamen, quæ hæctenus dixi, ita accipi, quasi omnes ante benedictionem sacerdotalem concumbentes, pœnitentiã publicã indistinctè gravari necesse sit, sed rationem potissimum tum personarum tum etiam vitæ antea habendam esse autumo, non excluso tamen libero Statuum Imp. Protest. arbitrio, id quod comprobat die Fürstliche Magdenburgische Kirchen-Ordnung Cap. 22. §. 9. & 10. Wie denn auch zu unserm Bescheide und Anordnung stehen soll, ob diejenigen / so sich mit einander verlobet / und vor der ehelichen Copulation zusammen gefunden / und es ruckbahr worden / mit der öffentlichen Kirchen-Buße über der Obriqkeit Straffe zu belegen conf. omnino *dissert. Jenens. Dn. Müll. de pœnitent. Eccles. p. 90. seqq.*

§. XXXIX. Nec hic admiserim non licere Statibus Imp. Protest. sponsalia contra leges humanas constitutionesq; municipales contracta dissolvere. Quis enim hic abruptit illorum potestatem. Quis ademit liberum dispensandi arbitrium. Quod si tamen nupturientes sese adeo firmiter invicem obligaverint, ut salvã conscientia ab obligatione mutuã recedere nequeant, melius Status Imp. Protest. facturos arbitror, si re jam non amplius integrã pro avertendã conscientiarum illaqueatione, quæ ex dissolutione semel contractorum sponsaliorum undequaq; metuitur, dispensationem subinde largiantur: Quandoquidem multa in matrimonialibus occurrunt, quæ ab initio facilius impediuntur, quàm si facta fuerint, rescinduntur *arg. L. 8. ff. de his qui sui vel alieni §. cap. 25. X. de jure jur.* Ne tamen ex eo malitios affectantium nuptias prohibitas nimis indulgeatur, Statibus Imp. Protest. permissum erit debitã pœnã scandalosum subditorum ausum compescere. Unde & in Saxonia hujusmodi delinquentibus

tibus relegatio injungi & extra Electoratum demum benedictio sacerdotalis impertiri solet, veluti de hoc nobis fidem facit *Edictum Serenissimi de Anno 1625. d. 31. Maji verb.* So wollen und ordnen Wir / daß solche Persohnen in diesem Churfürstenthum und Landen weder getrauet noch darinnen geduldet werden. Carpzov. *J. Conf. def. 127.*

§. XL. Non autem existimo Statibus Imp. Protest. fas esse matrimonium jure vel Civili vel statuario reprobaturum, si jam tum sacra benedictio accesserit, rursus dissolvere. Adeo enim apud Christianos autoritas copulae sacerdotalis invaluit, ut omnia impedimenta civilia matrimoniis ab initio admodum adversantia indistinctè tollat, tametsi si ad strictum jus recurrere velimus diversum fortè asserendum foret *arg. Cap. 30. X. de sponsal. add. §. 11. preced. exercitat. 1.*

§. XLI. Sed longè gravior multoqve difficilior est quæstio, num matrimonium in gradibus jure Divino morali positivo prohibitis per benedictionem sacerdotalem consummatum à Statibus Imp. Protest. iterum dirimi valeat? Certè sicuti hæc controversia in thesi jamdudum à multis tam Theologis, quam JCtis agitata fuit, ita diversæ planè de eâ reperiuntur opiniones, quas tamen nunc latè referre non vacat. Quod ad hypothesin attinet, prout illa in quæstione est proposita, constanter affirmo, Statibus Imp. Protest. omnino fas esse, connubium lege divinâ improbatum tametsi per sacram copulam jam tum confirmatum rursus dissolvere, cum non saltèm omni juris vinculo destituatur, verùm etiam peccatum mortale involvat. Quoties enim repetitur Cohabitatio conjugalis, toties renovatur incestus & per consequens continuatur peccatum. Cui assertioni nihil sanè negotii facit regula in matrimonialibus facilè aliàs obvia:

obvia: *Multa fieri prohibentur, quae facta tolerantur, illa namque procedit tantum in prohibitione civili, non morali, quodcumque enim moraliter prohibitum est, illud omni tempore prohibitum est & consequenter nunquam tolerandum.* Similiter frustra opponitur locus *Matth. 19. vers. 6.* verba enim illa, *Quos DEUS conjunxit, homo non separet,* ad nuptos à DEO *Levit. 18. & 20.* simpliciter prohibitos applicari minimè valent, quin à contrario invictè argumentari licebit, quos Deus non conjunxit, homo i. e. Magistratus, seu ut in hypothesi maneam, Status Imp. Protest. separent. Tantum enim abest ut copula illa sacerdotalis ad illicitum Lege Divinâ accedens matrimonium quicquam operetur. Hinc regulam formant Dd. Quoties benedictio sacerdotalis accedit ad nuptias juri divino contrarias, toties pro nullâ reputatur. Neque tandem obicem ponit, quod Moses nullibi verbis expressis dissolutionem talium conjugiorum edixerit, sed poenam tantum nupturientibus addiderit. *Levit. 20. vers. 20.* Resp. Edixit atque Moses dissolutionem seu veriùs annullationem talium connubiorum licet non expresse & quoad literam, bene tamen tacitè & quoad sensum. Locus verò allegat. *Levit. 20. v. 20.* dubio procul (salvo tamen rectiùs fortè sentientium judicio) talem arguit casum, quo Magistratus propter justam ignorantiam vel aliam etiam emergentem circumstantiam officium suum adhibere, nuptiasque præceptis Legis Divinæ adversantes dirimere impeditur. Ne ergo delinquentes impunè id ferant, Moses ipsis indicare voluit poenam, dicens: *portabunt iniquitatem suam,* h. e. ex mente saniorum, poenam peccati, & sine liberis morientur. D Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 346. & 640.* Balduin. *Cas. Conscient. p. 12. & 16.* Hülsemann. *Brev. Extens. Th. 9. p. 426.*
 Broch-

Brochmann. *in art. de Conjug. c. 4. qv. 51. p. 6014.* Dannhauer. *T. 1. Theol. Conf. p. 782. seqq.* Kromayer *in Theol. p. 1155.* B. Dn. Brunn. *J. Eccles. L. 2. c. 16. §. 27. ibiq. in addit.* Magnif. Dn. Stryk. *conf. tamen Joachima Beust de sponsal. & matrim. cap. 52.* Carpzov. *J. Conf. L. 2. def. 99.* D. Müllers *Ungerathene Ehe. pag. 59. & seqv.*

§. XLII. In his itaque ad exteras jamjam abiturus academias periodum præsentis Exercitationis Lubens fisto. Tu verò B. L. iis quæ palato Tuo fortè minùs grata videbuntur, pro solito hæctenus in me favore veniam haud difficilem indulgebis. Quo planissimè confisus, non est, quod rigidam malevolorum censuram reformidem, ab improbis enim improbari, quid refert?



35. Medicor, de dignitate equestri.
36. Schoeffer, de officio praefati castelli ad extrema obligati, seu sibi an optine sua, lib. unius duos cog. Tau Mann, ubi lib. unius duos cog. Stat. Traug. Jan.
37. Schoeffer, de peri. cu. lora concepti one in strumeti.
38. Romerfeldhausen, de parentibus inter liberos dispo-
nuntibus eorumque iuribus.
39. Pestel, exorc. acad. appendus solam ig. norantiam
quantumvis iustam et probabilem nullam operari resti-
tutionem d. p. aduersus qualemcunque praescriptionem.
40. Pestel, de edicto D. Hadriani tollendo.
41. Pestel, utrum unus testis faciat torturae locum?
42. Paoclysch, de reuenditionis pacto.
43. Tuchs, matrimonium modo inconsumto celebra-
tum validum.
44. Graffland, de conditione fortuna.
45. Grammelich, de illicito concubinato.
46. Grande, de iurejurando iure voluntario iure necessario
iure iudiciali
47. Grantzius, de tacite renunciatione iuris et lapsu
fatalium quaeq. i.
48. Judebeor, navigatio ad romanos usurarum.

49. Schaeffer, de acquitate edicti, quod quisque juris in alterum
placuerit, ut ipse eodem jure utatur.

50. Schaefer, an genus, vel nomen actionis in libellum
fit exprimendum.

51. Schaefer, de affirmatione contract. unilateral.

52. Schaefer, de convenientia et inconvenientia excom-
municatiois majoris cum basno imperiali, in genere.

53. Schaefer, de juris romani indulgentia circa concubitum.

54. Schaefer, de juri interrogatio sum.

55. Pauli, observationis curiosae, ex jure variis.

56. Pauli, de crimine atheismi ejusque poena.

57. Penningbüttel, de testamenti imperfecti approbatione.

58. Carpzow, de usuris.

59. Ludovicus, de collatione bonorum.

60. Ludovicus, de mora tam debitoris, quam creditoris.

61. Ludovicus, de fidejussoribus.





Interdum tamen, tam heredibus q
media competunt. Olim enim potestas erat
di fideiussores: Sed nouissimo iure non permi
forem conueniri prius, quam excussio fiat in
isq̄ inueniatur minus idoneus.

XXVIII.

Sed, si fideiussor se obligauit vt prin
suum proprium, nisi in specie beneficio exc
C. eod: renunciauerit, recte Hyppol. de Ma
debitore non excusso, affirmat, quod & nos
Elect: contrarium tueatur.

XXIX.

Si plures sunt fideiussores, singuli in s
& conueniri possunt, siue id nominatim co
omnes sint soluendo, siue non,

XXX.

Contra quam tamen exactionem solia
Epist. D. Adriani succurritur fideiussorib. a
tor a singulis, modo soluendo sint, virilen
latur, nisi & isti beneficio in cautione

XXXI.

Quod si vnus ex fideiussorib. se
subueniri solet, vt creditor compellatur vnu
ipse habet, adeo vt in solidum condemna
niri coeperit, idem desiderari possit, & hoc
ante solutionem aut in ipsa solutione aut etia
libet spontaneam.

XXXII.

Et cedi debet actio talis, qualis fa
adeo, vt si in solidum soluit, ius, quod
cedendum est.

Sil.

ribus Iuris re
to reo, eligen
iter interces
is principalis,

ndo debitum
th. praesente.
ueniri posse,
muis Const:

re obligantur
non, & siue

diuisionis ex
inceps credi
etere compel
um fuerit.

e velit, ita ei
nomina, que
cati conue
itramur vel
em, quam-

creditoris,
in solidum
Num

the scale towards document

